



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1863**

Sancti Qui VII Id. Jan. Coluntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

## VII JANUARI.

## SANCTI QUI VII ID. JAN. COLUNTUR.

- Relatio pueri JESU ex Ægypto.  
 S. Julianus Martyr.  
 S. Spolicostus }  
 S. Palladas } Martyres, in Græcia.  
 S. Candida }  
 S. Crispinus I, Episcopus Ticinensis, in Italia.  
 S. Felix }  
 S. Januarius } Martyres, Heracleæ.  
 S. Polyanthus }  
 S. Philo } Martyres.  
 S. Candida }  
 S. Julianus, Martyr, apud Andegavos in Gallia.  
 S. Senator, Episcopus Veronensis, in Italia.  
 S. Lucianus, Presbyter Antiochenus, Martyr.  
 S. Clerus, Diaconus Martyr, Antiochiæ.  
 S. Theodorus, monachus in Ægypto.  
 S. Nicetas, Episcopus in Dacia.  
 S. Valentinus, Episcopus Passaviensis, in Germania.  
 S. Crispinus III, Episcopus Ticinensis, in Italia.
- S. Valentinus II, Episcopus Interamnensis, in Italia.  
 S. Cedda, sive Cedduus, Episcopus Londinensis, in Anglia.  
 S. Tillo, sive Hillonius, cognomento Paulus, Solemniaci, in Gallia.  
 B. Wittkindus, Dux Saxonum, Angariæ, in Westphalia.  
 S. Reinoldus, monachus Martyr, Tremonia, in Westphalia.  
 S. Aldricus, Episcopus Cenomanensis, in Gallia.  
 S. Anastasius, Episcopus Senonensis, in Gallia.  
 B. Vitalis, Abbas Saviniacensis, in Gallia.  
 S. Canutus, Dux Slesvicensis, in Dania.  
 B. Albertus, Eremita in Etruria.  
 S. Raymundus de Pennaforti III Generalis Ord. Prædicator.  
 S. Benjamini Martyrum Inventio, Brixia, S. Maximi in Italia.  
 Venerabilis Ludovicus Blossius, Abbas Lætiensis, in Belgio.

## PRÆTERMISSI VEL IN ALIOS DIES REJECTI.

- Tres Reges Magi. *Galesin in Notis. De his nos I, VI, XI Januarii et de eorum translatione* xxiii Julii.
- S. Isidorus Episcopus. *Maurolyc. ms. Florarium, Galesinius: hic Martyrem facit, et Nicomedia passum, veteris ms. fide. Idem est fortassis, qui Antiochiæ coli dicitur, de quo* ii Janua.
- S. Timotheus }  
 S. Lucianus } Martyres, in Africa. *Galesinius, ex perveteri Kalendario Ordinis monachorum Vallis Umbrosæ. Celebratur in Martyrol. Romano xiii Junii. Lucianus in Africa passus cum Fortunato, non Timotheo.*
- Melania senior. *Carthusiani Colon. in Addit. ad Usuardum, et ms. Florar. At Ferrar. xxi Januarii. Nobilissima et religiosissima hæc matronam magnam suæ virtuti labem aspersit, dum in Origenis errores visa est descivisse, Ruffino doctore; a quibus tamen sub extremos vitæ annos eam resiliisse existimamus. Sed an ut Sancta uspiam colatur, haud comperimus. Multa de ea extant in vitis Patrum.*
- S. Victorinus Abbas, qui scripsit Calculum. *Ita ms. Kalendarium Sanctorum Ordinis S. Benedicti. Verum Calculi auctorem puto eundem esse Victorium, sive Victorinum, aut Victorem Aquitanum, cujus Cyclum Paschalem nuper vulgavit Ægidius Bucherius Noster; qui neque Sanctus alibi appellatur, neque potuit esse Ordinis S. Benedicti, quippe multo S. Benedicto antiquior. Extat Calculus hic ms. in Bibliotheca Lobensi.*
- S. Kentigerna vidua, refertur a Davide Camerario, et Ferrario. *Certius quid fortassis aliunde consequemur.*
- S. Sabini Translatio. *Maurolyc. Plures sunt SS. Sabini. Quis hoc die translatus sit, nusquam reperi.*
- B. Matthæus Ord. S. Francisci Episcopus Agrigentinus in Sicilia, commemoratur ab Octavio Cajetano Nostro in *Idea Sanctorum Siciliae, et Philippo Ferrario in generali catal. SS. At Lucas Wadingus tom. 2 Annal. Minor. ad an. 1300. num. 13 ejus obitum narrans, non indicat eum publico aliquo cultu celebrari. Ideo eum hic omitto.*
- Mariæ Raggiæ illustris vita extat typis vulgata *Barcnone anno mdcvi auctore Michaelo Lot a Ribera Ord. Prædicator. aliaque auctore Joanne Petro a Caesar augusta ejusdem Ordinis, Latine reddita ab Arnaldo Raissio Duacensi. Sed quod nesciam an sancte Sedis auctoritate colatur, nullaque in ea commemorentur miracula, malui eam hic omittere, quam nuperum S. P. N. Urbani VIII, decretum videri vel leviter transgressus.*
- S. Julianus Diaconus refertur hoc die a Ferrario in *Catalogo generali, et SS. Italiae, ex tabulis Ecclesiæ Novariensis. Ejus ac Julii fratris vitam dabimus* xxxi Januar.
- S. Polyeuctus Melitinæ. *Martyrol. ms. S. Hieronymi, et ms. Rhinoviense. Eundem esse arbitror, de quo infra* xiii Februar.
- S. Valentinus Episcopus Tungrensensis. *ms. Florar. in quo iterum ix Julii commemoratur. Nos de eo agemus* vii Junii.
- B. Elizabetha de Wans, virgo vidua, monialis Aquariensis in Belgio, refertur hoc die in *Kalendario Cisterciensi Divione an. mdcxvii edito; ab Arnaldo Raissio ix Octob. a Chrysostomo Henriquez, quem sequemur, in Menologio Cisterciensi* i Julii.
- S. Canutus Rex Daniae et Martyr refertur hoc die in *Martyrol. Romano; at colitur, quo et vitam ejus dabimus* x Julii.
- S. Hathebrandi Abbatis Antiqui-monasterii in ditone Groeningensi, hoc die translate sunt Antverpian reliquiae anno mdcxx meminit Chrysostomus Henriquez in *Menol. Cisterc. et Andreas Saussayus in Martyrol. Gallicano. De eo agemus* xxx Julii.
- S. Joannis Baptistæ dextera hoc die a Jobo Diacono Antiochia allata Constantinopolim, tempore Constantini et Romani Imperatorum: fitque ejusdem sanctissimi Præcursoris hac die commemoratio, ut ex Græcorum *Menæis patet, et Notatione Pet. Galesinii ad Martyrol. De ea translatione agemus xxix Augusti.*
- S. Fausta Virgo et Martyr cum Evilasio. *Hraban. Notker.*

NOT. 108.

NOT. 109.